



Dilecto Filio
Carolo Mansfeld
Generali Praefecto
Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis

Paulus PP. VI

Dilecte Fili,
salutem et Apostolicam Benedictionem.

Caritatis insigne et volunti notam Christus Iesus,
ex hoc mundo ad Patrem redditurus, Apostoli suis tradidit,
cum, amoris sui exemplum proponens suavissimum, eos
hunc verbi allocutus est: « Hoc est praeceptum meum, ut
diligatis invicem, sicut dilexi vos » (Io. 15, 12). Hoc quidem
mandatum sanctissimi viri per saeculorum decursum sum-
mae cum fidelitate persecuti sunt, qui Ecclesiam Sanctam
tanto decoraverunt honore, ut, his collustrata documentis,

Quodsi tantae virtutis inquiramus causam, hanc unam esse Christi caritatem plane intellegimus, qua Sanctus Dei vir usque ad extremum vitae halitum motus est: caritatem dicimus, quam veluti signum omnis associis servandum commisit, ut « omnibus inservirent aegrotis », ut « pauperes velut ipsum Christum contuerentur, omni qua pars est diligentia et mansuetudine utentes, eos solarentur iusdemque omnia, quae opus essent, summo amore et comitate concederent ». Quod alius suadebat, S. Camillus constantissime servavit: etenim paterna blandaque lenitudo infirmos ac pauperes semper prosecutus est, lacrimarum vim in hoc officio saepe profundens, cum sciret se ipso Christo inservire; quod ut perfectius efficeret, omnia vitae huic commoda abdicare studuit, ut uni Iesu viveret eidemque sede conformaret.

Quoniam igitur sanctae eius mortis memoria, sueto maiore solennitate proxime celebranda, huiusmodi exempla et monita efficacior ratione meditanda proponet, oblatam opportunitatem libenter nanciscimur, ut S. Camilli religiosos Sodales paterno oblectamento adhortemur ad Condi-

toris vestigia fidelissimo semper gressu premendo: quam caritatem ipse docuit et vitae exemplis monstravit, eam moribus prae se ferant, illa duce ad humillima quaque obedienda munera parati promptique se accommodent, illa praeluciente, in veritate et sanctitate Deo, qui « caritas est » (I Jo. 4,16) se devoreant, atque infirmis fratribus indefesso studio et labore adoint. Ex erit, quae istum Ordinem, tantopere de Ecclesia meritum, artiore usque vinculo cum Divino Salvatore conglutinet, et feliora incrementa ipsi suppeditet. Etenim, ut S. Augustini verbis utamur, « nescitis quia ipsa unum nos fecit in Christo ? Caritas clamat ad Christum de nobis; caritas clamat de Christo pro nobis ! » (S. Augustini Enarrat. in Ps. CXL. 3 ; P. L. 37, 1817).

Eos pariter, quibus commissae sunt partes, ut in valetudinariis infirmis assideant, paterna benevolentia prosequimur usque animum addimus, ut proprio munere summa semper diligentia fungantur, et vigili cura assidescant praivia sua ministeria, et si humilia videantur, maximi pendere, quae Christo Iesu, Mystici Corporis Capiti, offeruntur,

rum eius membris exhibentur infirmis, «quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius» (Eph. 5, 30).

Clericos denique, qui angustias omne genus tolerando, Christum crucem ferentem propiore gressu sequuntur, summa caritate complectimur, eorum anxias sollicitudines participamus, superna solacia flagrantibus invocamus precibus, commotoque animo gratias agimus, quod, suae molestias patienter suotinentes, Ecclesiam Sanctam fulgenti meritorum corona ditant atque amplificant.

Votorum Nostrorum pignus ac propensae voluntatis testimonium Apostolicum est Benedictio, quam tibi, dilecto Fili, universoque isti Ordini Ministrantium Infirmitis, atque Sanctionalibus, quae a S. Camillo nomen vel impulsione sumunt per amantem impertimus, eamque ad omnes quoque pertinere volumus, qui in nosocomiis sive aerugotant, sive quomodocumque infirmis intervinunt et ad intrecent operam praestant, ut pax Dei, quae exouperat omnem pensum, omnium corda custodiat (cf. Phil. 4, 7). ~

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die I mensis Julii, anno MCMLXIV. Pontificatus Nostrri secundo.

Paulus PP VI-